



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

In festo S. Laurentij. De Euangeliō & vita eiusdem

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](#)

In festo S. Laurentij Martyris. 10. Aug.

De Euangelio festi. Ioh. 12.

I. Considera quam serio Christus ad assiduum mortificationis tam sponte assumptæ, quam aliunde illatæ studium, & crucis martyrijque consoritum omnes excitet, proposita eius necessitate sub similitudine granitrici, quod fructum non fert, nisi prius mortuum faerit: Sic qui amat animam suam, præter debitum ei indulgendo, absudas eius cupiditates non mortificando; non solum nullum vitæ æternæ fructum affert, sed insuper eandem perdet. Qui vero odit, non indulgendo sed mortificando, multum fructum affert, & in vitam æternam illam conseruat. Zelus mortificationis & martyrij.

II. Quam suauiter ad idem exemplo suo omnes prouocet. Qui mihi ministrat, me sequatur, & ubi ego sum: illuc et minister meus erit. Quia studiosè Christus tota vita vltro quæsiuit omnigena mortificationem, quam prompte

Yy 6 obla-

oblatam acceptauit! Admirare, gratias  
age, imitare.

**II.** Quam efficaciter inuitet pro-  
prio præmio : si quis mihi ministrabit,  
*honorificabit illum Pater meus.* Ut sic vi-  
delicet socius gloriæ & consolationis,  
qui fuit socius temporalis mortifica-  
tionis & passionis. Feruor proficiendi  
in zelo mortificationis & Martyrij.

*De vita S. Laurentij Martyrii.*

**I.** Expende quam admiranda Dei-  
luxerit bonitas & prouidentia in  
B. Laurentio. ad talem tam nobilis  
Martyrij palmam ab æterno prædesti-  
nando ; & tam suauia illi in tempore  
media eam adipiscendi prouidèdo, vi-  
videlicet tali tempore, licet ex Hispania  
oriundus, Romæ S. Sixto Leuita  
seruiret, cum Valeriani persecutio in  
Christianos sequiret; à quo cum ad sup-  
plicium raperetur, audiret : Post in-  
duum me sequeris Sacerdotem Leuita.  
Similis Dei prouidentia resplendet  
in quouis electo, & in te, ut speras, ad  
prædestinatam gloriam, sic deducen-  
do. Admiratio, amor, gratiarum actio.

**II.** Quam gnauiter is oblata sibi tanta  
gratia,

gratia uti contenderit. 1. Angelicam  
mentis & corporis puritatem, quam  
Leuitici ordinis requirit sublimitas,  
studiosissime conseruando. 2. The-  
sauros Ecclesiae ex mandato S. Sixti,  
ne in tyranni manus deuenirent, in  
pauperum sinus recondendo. 3. Om-  
nes ad fidei constantiam verbo & ex-  
emplo animando. 4. Summo ardore  
ad martyrium amore Domini pro se  
crucifixi anhelando. 5. Ihuicta animi  
constantia tam atroces cruciatus susti-  
nendo, & in craticula candente semi-  
rostus tyranno insultando. Zelus in  
his illum pro viribus imitandi.

III. Quanta illum gloria Deus deco-  
rarit, In terris quidem tanta miracu-  
lorum gratia, tanta cœlestis dulcededi-  
nis inter tormenta inundantia, tam  
celebri gestorum eius per totum mun-  
dum memoria; In cœlis vero pretiosa  
iustitiae corona, & triplici accidenta-  
lis gloriæ aureola. Congratulatio, spes,  
desideriumque similis beatitudi-  
nis similibus meritis ac-  
quitendæ.

Y.y. 77

In.